

conicere debemus qui a Patre et Filio audiat et accipiat eam quam doceat veritatem.

9. Quod denique

9. Quinto denique quaeritur de fundamento scripturistico ipsius analogiae trinitariae et psychologae. Quod si intelligitur fundamentum proximum, illud existere non videtur

conicere debemus qui a Patre et Filio audiat et accipiat eam quam doceat veritatem.

9. Quinto denique quaeritur <sup>secundum scripturas</sup> utrum in divinis existat Verbum quod secundum veritatem dicatur et secundum sanctitatem audiamur atque accipiatur.

conicere debemus qui a Patre et Filio audit et accipit illam quam docet veritatem.

9. Quinto denique quaeritur ~~nam~~ de fundamento scripturistico analogiae psychologicae et trinitariae. Et respondemus adesse fundamentum non formale sed ~~fundamentum~~ materiale. Ea scilicet in scripturis dicuntur de Patre, de Filio, et de Spiritu sancto quae in synthesin coalescere possint et synthesin directe et indirecte postulent. Quae tamen synthesis in ipsis scripturis non est effecta, neque efficitur nisi post evolutum dogma trinitarium. Quae singillatim particularius declaranda sunt, et in primis elementa colligimus quae in synthesin analogiae psychologicae coalescere possint.

Nuperrime ergo diximus Spiritum sanctum non a semet ipso loqui sed eam docere veritatem quam a Patre et Filio audit<sup>a</sup> et accipiat. Sed superius in thesi quarta conclusimus hanc dependentiam Spiritus sancti prius in aeterna eiusdem processione et nisi posterius in temporali eius missione non inveniri. Quae conclusio necessaria est, si quidem Spiritus sanctus est Deus, et Deus aeternaliter immutabilis est. Ab aeterno ergo Spiritus sanctus veritatem audit et accipit.

Praeterea, in prologo Ioannis ponitur Verbum. Quod non solum caro factum est (1, 14), per quod non solum omnia facta sunt (1, 3), sed etiam in principio erat, apud Deum erat, Deus erat (1, 1).

Praeterea, in prima Ioannis epistola Deus lux (1 Io 1, 5) et caritas (1 Io 4, 8.16) esse docetur. Et, uti communiter in NKX NT, ~~nam~~ per nomen, Deus, intelligitur Deus Pater.

~~Proinde, haec tria, ex locis disjunctis collecta, in synthesin~~  
~~quandam coalescere possunt ut, scilicet, ex aeterna luce et caritate~~  
~~procedat Verbum cuius aeterna auditio atque acceptio sit Spiritus~~  
~~sanctus.~~

conicere debemus qui a Patre et Filio audiat et accipiat eam quam doceat veritatem.

9. Quinto denique quaeritur de fundamento scripturistico analogiae psychologico trinitariae et psychologice.

Et in primis concedendum esse videtur eiusmodi fundamentum esse non proximum sed remotum, non formale sed materiale. Non enim vel propius vel formalius in scripturis invenitur ipsa analogia quam quaestio cui analogice respondeatur. Haec Sed haec quaestionem evolutionem dogmaticam supponit. Non enim statim sed post tria saecula ex NT conclusum est tres esse personas divinas et consubstantiales quae nisi relationibus mutuis et oppositis inter se non distinguantur hasque relationes sicut missiones temporales in aeternis processionibus fundari. Quibus conclusis, sponte quaeritur quales sint hae processiones aeternae

conicere debemus qui a Patre et Filio audiat et accipiat eam quam doceat veritatem.

9. Quinto denique quaeritur de fundamento scripturistico analogiae trinitariae quae psychologica nominatur. Cuius quaestionis tota fere difficultas methodologica est

8. Neque ad alium contextum quam verae locutionis sanctaeque auditionis pertinent ea quae apud Ioannem de missione Spiritus sancti leguntur. Qui enim a Patre procedit (15, 26), & mittitur (14, 26), datur (14, 16), qui etiam a Filio mittitur (15, 26; 16, 7), alius paraclitus est (14, 16.26; 16, 7), Spiritus sanctus (14, 26), et Spiritus veritatis (14, 17; 15, 26; 16, 13).

Et mundus<sup>m</sup> quidem, a quo accipi non potest (14, 17), de peccato, de iustitia, et de iudicio arguit (16, 8-11). Apud discipulos autem manet in aeternum (14, 16.17; cf. 7, 38; 20, 23), eosque omnia docet et suggerit quae docuit Christus

Neque in honestis deest voluntas accedendi ad Christum mundi lucem:

".. qui autem facit veritatem, venit ad lucem ut manifestentur opera eius<sup>s</sup> quia in Deo sunt facta" (3, 21); et ".. ego lux in mundum veni, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat" (12, 46; cf. 1, 4.5.7.9; 3, 19; 8, 12; 9, 5; 11, 10; 12, 35.36).

Proinde, qui Christum audiunt et verba eius servant, in regione inveniuntur veritatis, vitae, dilectionis. Nam Christus verax (7, 18) veritatem docet (8, 40.45), ipsum nempe sermonem (cf. 14, 24) qui veritas est (17, 17). Cui testimonium perhibent tum Spiritus veritatis (15, 26) tum Pater (5, 31.32.37; 8, 13-18) qui verax est (8, 26; cf. 3, 33) et verus (7, 28).

Quae veritas a vita non separatur. Nam mandatum dedit Pater quid Christus diceret quidque loqueretur; quod mandatum est vita aeterna (12, 49.50). Quare, verba Christi sunt spiritus et vita (6, 63) et verba vitae aeternae (6, 68). Et sicut ipse Christus dicitur verbum vitae (1 Io 1, 1), ita "qui verbum meum ~~aut~~ audit et credit ei qui misit me, habet vitam aeternam" (5, 24; cf. 8, 51; 11, 26).

Quae vita et veritatis et dilectionis est in unione cum Patre, Filio, et Spiritu sancto. "Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis et cognoscetis veritatem et veritas liberabit vos" (8, 31.32). "Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut ~~di~~ dilexi vos... In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem" (13, 34.35; cf. 15, 10-13; 17, 20-26). "Si diligitis me, mandat<sup>a</sup> mea servate. Et ego rogabo Patrem, et alium paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aeternum, Spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non videt eum nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit et in vobis erit" (14, 15-17); cf. 14, 26; 15, 26; 16, 13.14). "Qui habet mandata mea et servat ea, ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo; et ego diligo eum et manifestabo

ei me ipsum" (14, 21). "Si quis diligit me, sermonem meum servabit,  
et Pater meus diligit eum, et ad eum veniemus et mansionem apud  
eum faciemus" (14, 23). "Si manseritis in me, et verba mea in  
vobis manserint, quodcumque volueritis, petetis et fiet vobis.  
I  
An hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum afferatis  
et efficiamini mei discipuli" (15, 7.8).



4. Quibus in locis satis constat inter se consociari Spiritum sanctum et vel aquas vel aquarum fontem vel fluvium. Quaesiverit tamen forte theologus utrum per aquas significetur Spiritus sanctus ab aeterno procedens, an forte idem Spiritus prout donum increatum iustis detur iisque inhabitet, an forte creata gratiae dona eaque vel habitualia vel actualia. Sed ipsam hanc quaestionem opinor ex confusione quadam procedere. Aliae enim sunt leges logicae quae conceptus scientificos regant; aliae autem sunt leges imaginationis atque affectus quae in symbolis formandis atque interpretandis<sup>d</sup> observentur. In conceptibus scientificis utique exigitur univocitas et ideo, si fluvius aquae vivae conceptus scientificus esset, non multa simul significare posset et rite omnino pneretur poneretur quaestio superius dicta. Sed ex parte contraria superdeterminari solent symbola ut simul multa et diversa significant; quam ob causam, ubi fluvius aquae vivae symbolice intelligitur, inepte quaeri videtur unicus quidam atque exclusivus sensus.